

30-5-907

ISAACH

IMMOLATVS

Melodrama

FRANCISCI DOMINICI
CLEMENTI ROMANI

Musiciis modulis expressum

A FRANCISCO DE MESSI

MEDIOLANENSI

Decantandum

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

SANCTISSIMI

CRUCIFIXI

Feria VI. post quartam Dominicam Quadragesima.



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCVIII.

Superiorum Facultate.



ARGOMENTO.

DIEDE Abramo à Dio prove così certe della sua cieca ubbidienza e fedeltà, che non solamente mostrò prontissimo nell' esiliare Agar sua serva, ed Ismaele suo Figliolo havuto con la medema, ma altresì nel sacrificare la propria ed unigenita sua Prole Isach, che senza verun dubbio haverebbe con le sue istesse mani trafitto, se non fosse stato dall' Angelo di Dio trattenuto (che è quello appunto, che da materia al presente sacro Componimento). L' Istoria non ha bisogno di più distinto racconto; essendo abbastanza noto ad ogniuno, come Iddio imponesse ad Abramo un tal sacrificio, gli additasse il luogo; E come Abramo visto da lungi il Monte da Dio accennatogli comandasse alli due servi, che seco hav eva condotti, che ivi l' aspettassero, e poste sopra il dorso di Isach le legna, portando Egli il ferro, ed il foco, giunto sulla cima di detto Monte eresse un Altare, sopra di cui composte le legna, e l' Innocentissima Vittima, mentre stava per scaricare il colpo, come gli venisse impedito di perfezionare la grand' opera, sacrificando perciò all' Altissimo in luogo del Figliolo un montone visto dal medemo tra alcune spine; con riportare in ricompensa della sua sovrumana fortezza quel cumulo di benedizioni che riferisce distintamente il sacro Testò nel libro della Genesi al Cap. XXI.

INTERLOCVTORES.

ABRHAM.

SARA.

ISACH.

ANGELVS.

PARS

PARS PRIMA.

ISACH.



Vocunque gressus fero, & Isach traho,
Traho causam doloris;
Frustrà quærens per Silvas.
Corde, qua carco, pacem.

Vbi pacem iueniam?

Quando pax cordis mei Ismahel dilectus,
Patriâ Domo est eiectus.

Si cum amabili,

Fratre pax abiit,

Quid pacem spondes,

Ouana Spes,

Si lacrymabili

Cupis, & misero

Pacem donare

Fratrem tu des.

Ah vbi te reperiam,

Vbi potius me inueniam

Dulcis Frater, qui tecum

Isach lætum tulisti,

Et infelicem tantum reliquisti.

Ehù Sors, ehù lex, ehù Parens,

Parens crudelis magis, quò minus ferox,

Cùr nunc Fratri cupienti

Fratrem Sequi non licet?

Sed si Fratri volenti,

Ire non datur suo comes Amori;

Saltem, quod minus est, nunc liceat mori.

Venenatis accincta sagittis

Veni, vola Mors vulnera me,

A 2

Sic

4
Sic te Frater quò perges infelix
Vmbra saltem tunc insequar te.

Abram.

Arbiter Cæli potens,
Qui diem, noctemque alternà euoluis vice;
En Siftunt ante aras,
Agnus grege formosior,
Pulcra Matris annosæ vnica Proles,
Et Aries speciosior
Inter arietes Gregis,
Dextro vultu, quo soles,
Preces, quas fundo, admitte,
Ignemque è Cælo emitte,
Qui victimas comburat,
Et quid prauis est in me flammis adurat.

Cum Victimis meum cor

Vre dilecte mi,

Et fac amare

Hostias maiores me,

Sic tibi amata Spes.

Non dabunt aræ.

Sed quod intueor monstrum!

Vinctis Agnus exustis

Sacras euadit flammis, & festiuum

Rediens implet Ouile,

Totumque ambiens altare

Solum Cælestis ignis

Arietem consumpsit,

Quid velint hæc prodigia adhuc ignoro;

Quæcumque tamen sint, pronus adoro.

Est detestabilis,

Cum mens humana,

Vult Cæli arcana

Inuestigare.

5
Tunc enim labilis

Quò plus considerat,

Eò plus desiderat

Audax errare.

Sara, & Isach.

Sar. Ergò, Pars cordis mei, nondum nouisti,

Quàm sit iniustus dolor,

Ille, qui dolet, quod imperat Cælum?

Nec adhuc cognouisti,

Tibi iam restitutus,

Quòd nunquàm Pius est, sed potius furens

Animus destitutus?

Posthac, caue, ne in te sit, quid tristitiæ.

Rideat in vultu tuo decor lætitiæ.

In ore ludite

Frontis amabilis

Risus, lepores,

Huc conuolate.

Et circa lumina

Nati adorabilis

Alas amores

Diuerberate.

Viuit Ismahel, viuit

Ergò quid tuum dolorem

Adhuc auges dolendo?

Animus Herous suprà

Sortis vices locatus,

Vincit sortem ferendo,

Et è mentis Olympo

Quodcumque casus vibrat, & fatum rotat

Magnanimus contemnit,

Et si fortè ad Suspiria

Vi Pietatis vocetur,

Dolet, sed non à sua sede mouetur,

Tunc

A 3

Nam

Nàm quoties est dolori
Plus æquò cor addictum,
Dolor ille Constantiæ fit delictum.

Isach. Nomen fortis, & constantis
Victum est nomine Amantis;
Parce meo, Parce dolori:
Quod si tamen lacrymare
Crimen erit, imputare
Debes hoc crimen Amori.

Sar. Serua igitur, serua
Semper in vultu tuo Matris lætitiã,
Nec Pietas crudelis
Non laudandam in te pariat mæstitiam,
Si à te Ismahel discessit,
Amplius Ismahel nullus
Occupat Genitoris
Vllam partem Amoris,
Et solus, care nate,
Dulcis Parentis es Amor, voluptas;
Et in hoc multum debes,
Quod solus sis, lætari,
Nimis enim, ah nimis
Debilis ille est Amor,
Qui diuidit suas vires,
Et parum in Amore est firmum pectus
Quod in plures suos diuidit affectus,
Amor est suauissima Flamma
Dulci Amantum
Cordis esca, quæ tantum nutritur,
Tunc in leues accendit affectus
Molle pectus,
Quando sua incendia partitur.
Iam in occasum vergens occumbit dies,
Cæloque vesper umbras intendit graues.

Amicas ergo syluas relinquamus,
Et patrios penates adeamus.

Angelus, & Abram.

Ang. Surgas Abram profundo sopore,
Qui perfusos, tuos irrigant artus,
Somnos excute, & noctem depelle.
Vigilanti, quæ fulgent nitore
Linguae sunt, silentio facundo
Quæ te damnant, vt desidem Stellæ

Abr. Quà; sic dulciter, voce Cælo plena
Rupta turbatur quies!
Lumine portentoso
Quæ tam clara, & serena
Noctem occupat Dies!
Aut quis certo naturæ
Ordine perturbato,
Inter nocturnas Umbras
Sol effulgescit nouus
Qui diffundens vbiqùe suum nitorem
Vertit tenebras noctis in splendorem.

Umbris circumdata,

Cincta syderibus

Recedit, effugit

Horrida nox.

Timore, & gaudio

Perfundit animum

Aures, quæ stupidas

Percutit Vox.

Ang. Surgas, & desiderio
Par obsequendi Cælo,
Vrge gressus ad montem,
Quem tibi demonstrauero.
Ibi Cælo gratissimus.
Isach Paternà manu est immolandus;

Surgas, adhuc quid dubitas?
 Sic imperat Altissimus.
 Sic iubet Cæli lex. Isach necandus.

Abra. Vigilo ne, an adhuc,
 Somno mentem oppressam
 Laruæ tenent fallaces!
 Isach Paternâ manu est immolandus?
 Isach vnica Proles, Cæli munus,
 Sentiet per manus meas tam triste funus?
 Isach, Isach necandus?
 Mestum, ac nescium sui
 Plus quàm doleat, cor stupet.
 Sed quid Abram insanis,
 Errore Sancto falleris,
 Mentem collige, & Pacem
 Redde turbato animo.
 Spectra sunt quæ vidiisti.
 Perdere nunquam natos
 Numen potest iubere,
 Vel in feris natura
 Quando aliter solet nos docere.

Rerum omnium fecunda creatrix
 Nos in feris sæuioribus docet
 Dulces natos natura seruare.
 Tygris Tygrides, Leo Leones,
 Seruat Draco, quos fecit Dracones,
 Quin et Vipera à natis, vñ vitam
 Donet natis, se sinit necare.

FINIS PRIMAE PARTIS.

PARS

PARS SECVNDA.

Angelus & Abram.

Ang.



Dhuc Abram quiescis?
 Surge, discute Somnum,
 Cum Cælo est obsequendum
 Culpa fit omnis mora,

Neque pretium obsequium.
 Potest ullum habere,
 Quod sic lentum moratur,
 Et quod Imperium Numinis Scrutatur:

Quando Numinis constat Imperium

Rea fit nisi prompta voluntas
 Cæco volet amore obsequendi

Surge, Vola,

Nomen desere Patris Amantis

Si Tonantis

Tibi restat mens iussa exequendi.

Quando &c.

Abr. Surgam, Vadam, & Dei nutus explebo,
 Induam Sacerdotem, Patrem delebo.

Sar. Siste Coniux, ah Nate.
 Sed, quæ larua Crudelis
 Sæuis me petit Vmbris.
 Isach Vnicam Prolem,
 Abram vidi Immolantem.
 Dum vibratum in aera
 Vulnus imminens pendet,
 Et Genitor Infelix
 Iam natum percussurus non percussit,
 Timor Somnum excussit.
 Tibi Sara gratare,

Vana

Vanæ noctis est locus;
 Abram, Isach . sed chû
 Quò sic intempestiui
 Abram, Isach abierunt?
 Ah vera docuit Sopor .
 Abram, Isach ; vocantis
 Nullus audit clamores,
 Surgam, pergam, quò me rapiunt Timores .

Vbi sit Natus dilectus,
 Matrem miseram docete
 Dulcis Amor, & timores .
 Mali præscium intra pectus
 Alget Cor, nostri præbete
 Vbi se cælent Amores; Vbi sit &c.

Abram & Isach

Isa. Iam pulcra Cœli plagas
 Ros pingit Aurora,
 Quæ formosa, & decora
 Novo Signat Splendore
 Soli Nascenti Viam;
 Vnde Saturæ Rore
 Filiæ dulces gratiarum,
 Surgunt herbæ languentes,
 Quæ frondium Venustarum
 Pandunt opes virentes,
 Et flos omnis lætatur,
 Et ad lucem recentem excitatur.

Gaudent pallidulæ,

Herbæ languidulæ

Dum lapsus æthere

Spargitur Ros;

Halat odoribus,

Phæbi coloribus

Dum

Dum formosissimis

Pingitur Flos .

Gaudent &c.

Abr. En imperati montis

Iuga apparent excelsa

Famuli hic expectate .

Is. Parens,

Ab. Nate,

Is. Quænam vultus Serenum,

Nubes confundit luctu?

Et cor doloris plenum

Petit procella fluctu?

Ultrà Fortunam est, quod Pectus gravat

Omni maius fortuna,

Et ad Fletum movere,

Qui potest Genitorem

Aliquis dolor est Supra dolorem .

Abr. Si scire Cor desiderat

Quid, Nate, impellat pectus

Ad debiles affectus,

Hos consule mærores .

Nàm si potest constantia

Pænarum vim Sentire,

Non tamen aperire

Suos poterit dolores .

Si scire &c.

Parce, plus æquò, Numen,

Si quid dolet Cor meum;

Minus enim dolerem,

Quando cor Genitoris non haberem .

Nate, (ah dulce nomen, & triste simul)

Moras omnes rumpamus,

Et quæ imperat Numen

Sacri Montis cacumina ascendamus .

Hæc innocuos tuos

Esca Holocausti digna,

Pre:

Premant pondere suo humeros , ligna .
 Ego Parens , Sacerdos
 Feram ignem , & gladium ,
 Ignem læua , qui me monstret amantem ,
 Ferrum dextrà , quod me dicat Constantem .

Sara .

Meum cor , quod latet sinu ,
 Amplius cor non potest esse ,
 Nàm si foret , Superesse
 Nunquam suo posset dolori .
 Ecquod enim cor Parentis
 Extimere potest natum
 Patris dextera immolatum ,
 Et intrepidum non mori ? *Meum &c.*
 Infelix ecquid agam ?
 Misera quò me vertam ?
 Abram nusquam reperio ,
 Filium meum non inuenio .
 Ah certe quidquid sequens
 Dies in luce sisteret , monuit Sopor
 Præfagis noctis umbris ;
 Et nunc forsan , quæ mihi
 Dixit ludendo Nox , pergit parare
 Fallaci Somni larva illusus Coniux .
 Ehù quò Abram quò pergis
 Etiam multa te nox vigilam tenet ,
 Non hæc (ut tibi Finges)
 Iussa Cæli imperantis ,
 Sed Mentis tuæ deliria
 Hæc sunt adhuc Somniantis ;
 Tangant te mea Suspiria
 Sed ehù per vulnus ingens ;
 Nunc animæ innocenti
 Facta Semita est ferro ,

Quod

Quod Barbarum , & Reum
 Sanguinem è venis nati fundit meum .

Ah vade Barbare ,
 Ferox , & Improbe ,
 Natorum Perditor ,
 Non Pater es .

Vel quæ Barbaries
 Nesciat , horreat ,
 Nova , Crudelia
 Exempla des .

Ah vade &c.

Quicumque Sortis opes
 Quæris , & credis bonis ,
 Nostro discas exemplo .
 Non cum lævit , fortunam , cum favet , time ,
 Time illius Fauores ,
 Time Sortem ridentem ,
 Sic contemnes Furentem
 Quoties fallax , incoctans
 Non donabit Amica ;
 Non habebit , quod rapiat inimica ;
 Sors ingrata , quò tantum dolerem ,
 Non haberem

Si non essem tuo addicta favori .
 Tu me Matrem Crudelis fecisti ,
 Infæcundæ tu Prolem dedisti ,
 Vt meo forem fæcunda dolori .

Abram , & Isach

Is. Pater , ehù dulcis Pater .

Abr. Siste , Isach dilectè , Sanguis meus
 Siste Patrem vocare .

Quem senties Sacerdotem ,
 Auges Parentis tui pænam , dolorem ,
 Dum patrio in sinu excitas amorem .

Is. Imò magis quàm nunc Patrem vocare .

Nun-

Nunquam te potui Parens;
 Nam Numini obediens,
 Sacerdotali Telo,
 Isach, Mundo dum perdis, paris Cælo.
 Liceat saltè mihi hoc perituro,
 Ultimum, & fatale
 Osculum genis tuis figere amoris,
 Et domum redituro,
 Tibi Subeat Matri
 Ferre nomine meo ultimum Vale.

Siquærat ubisim,
 Cælos ostende, & dic,
 Illic est Natus meus:
 Et perditum Si à te
 Mater dolebit me,
 Flentem Solare Sic,
 Sara. Sic iussit Deus.

Abr. Sume Patris extrema
 Amoris Natæ Signa,
 Et innocens, & pura
 Victima Cæli digna,
 Subi Plagas serenas.
 Stringo gladium, tu rege
 Ictum Arbitræ Cæli,
 Tuque Nato Mors meo dulciter veni,
 Et quid pænæ habet mori,
 Totum misero serua Genitori.

Angelus, & ydem

Ang. Ensem ferientem:
 Iace, imminentem
 Ictum Suspendat
 Decreta Nex.
 Ne se in amatum,
 Amplius Natum

Manus

Manus extendat

Vult Cæli Lex.

Ensem &c.

Siste, siste, suspende
 Abram vulnus fatale.
 Promptæ mentis obsequium
 Benigniter excipiens,
 Numen Cæli Immortale,
 Sospitem, ferro ereptum,
 Isach, animi tui donat virtuti,
 Cuius germen regale
 Omni gratiarum copiâ cumulabit,
 Et sicut astra Cæli propagabit.

Abr. Altæ Dei lubentis

Dextræ nutus adoro;
 Tibique Arbitræ Mundi,
 Loco Nati dilecti,
 Offero, quem ostendis
 Intèr vepres Arietem,
 Tu Victimam. Sed aris
 Victima vix adhæsit,
 Flamma de Cælo cadens
 Quòd in illam volavit,
 Et bibulo nitore concremavit.
 Nunc aperta Supremæ
 Nosco mentis arcana,
 Cur Agnum non adussit,
 Et fax hesternæ Arietem combussit.
 In Agno, Nate mi, Cælum te expressit
 A flammis, quem non læsum, dum Servavit
 Ferrum Patris, & ignem
 Sospitem te euasurum demonstravit.

Nate

Abr. Isa: à 2. Care mea Sola voluptas,
 Parens

Tunc

Tunc in dulces occurris amplexus,
 Mortis inter certissimæ nexus,
 Quando perdere credidi te,

Te

Sed quod iussit Cælum necare,

me

Quamvis lumen in fletus liqueret,
 Cor paratum cum tamèn videret,
 Certà mihi te reddidit Spe.

Care &c.

Ab. Ex hoc discent Nepotes
 Quod Numini plus est obtemperare
 Quàm pacificas Hostias immolare.

F I N I S.